

portioni ponderis vicissim per vigesimam-sextam sexti Elementorum b ad a, igitur proportio b ad a ponderis est duplicita ei, quæ est raritatis c ad raritatem d.

SCHOLIVM PRIMVM.

Ne tamen sine exemplo intelligas hanc duplicitam rationem, proponatur c rari-tas quatuor, d vnum a pondus duodecim librarum, tunc c resistit solum ex quarta parte, & efficit a quadruplo maioris actio-

c	4	d.	1.	&c.
a	12	b.	192.	

nis, scilicet ut quadraginta octo, tota igitur proportio, qua mouebitur a in c, erit centrum nonaginta duorum, & hoc diuidemus per d, quod est vnum, exhibit pondus b centum nonaginta duo. Proportio igitur b ad a est sexdecupla, & hæc est duplicita quadruplicæ raritatis c ad raritatem d.

Quod si quis neget tantundem augere c actionem a, quanto minus resistit, sed aut magis aut minus, & sit proportio b ad a duplicita ipsi f, dico f esse proportionem c ad d, nam proportio b ad a est velut actionis c ad d per decimam sextam sexti Elementorum, ergo ex auxilio c in proportionem a ad c, fit proportio b ad a, sed ex f in se fit proportio b ad a ex diffinitione proportionis duplicitæ. Sed ex duabus proportionibus a ad c, & actionis ex c ad a producitur proportio b ad a, igitur per decimam septimam sexti Elementorum proportio c ad d est media inter proportiones a ad c, & actionis a in c, quare æqualis f, igitur proportio b ad a duplicita ei, quæ est c ad d quod erat demonstrandum.


SCHOLIVM SECUNDVM.

Si autem media fuerint diuersarum rationum, vt aqua, & aer non demonstrat argumentum, quia pondera inter se non seruant rationem. Nam lignum centum librarum ex salicis arbore, non magis descendit, quam lignum libræ viuus. Ideo nec in comparatione ad medium aëris.

Propositio trigesimaquarta.

Proprio corporis cubi ad suam superficiem quadratam, est velut eiusdem superficie ad latus, eiusdem vero ad monadem.

Sit cubus a b c eius quadrata, superficies a c, latus a b, monas d, dico eas esse inuicem analogas. Quia enim proportio a b c ad a c est, vt quoties assumitur a c in a b c, & toties etiam assumitur a b in a c ex diffinitione Euclidis secundo Elementorum, si ergo monas est in continua proportione, habeo intentum: si non p̄ natura e media inter a e & d, erit ergo per decimam noni Elementorum e latus a c, ergo æqualis a b, igitur cum a c,




e & d sint analogæ, erunt & a b c, a b, & d analogæ, quod fuit demonstrandum.

Propositio trigesimaquinta.

Vocum magnitudines excrescent in acuminè non in grauitate, finis autem est in utroque extremo, propter hoc minima facta variatione in hypate acutæ vix ferunt.


Quoniam facta variatione in hypate, quæ est in Diapason, vel bis Diapason maiore intervallo distat, velut ex a in b in

Cor.



grauiore, maius est interuallum ex e in d, igitur maior est b d, quam a c ergo singulae voces inter b & d magis distant, quam inter a & c, & quanto magis appropinquant ad d, igitur d maius est quam b. Ergo magnitudo est ratione acuitatis, non grauitatis, cum supposuerimus d esse acutiorum b & c ipso a. Ostenditur etiam idem quia vox gravis fit ex priuatione motus sicut acuta ex vehementia. Motus autem est res, quies, priuatio.

Secundum sic: nam remissio mota non feriet aurem, ideo sonum non pariet omniam tarditatem. At in velocissimo motu oportet vel fidem vel arteriam contrahi, & non contrahitur nisi per musculos, igitur contentio illa finem habet. Si autem non sit necessarium habere, vel valde procul posset extendi contentio, vt in machinis igneis strepitus fit maximus, nam motus, vt motus est etiam in aëre nullum finem per se habet nisi ratione instrumenti, ergo strepitus tantus esse potest, vt fermè oblurdescant, qui audierint, vt ferunt de Nili cataractis.



Tertium sic sit a b humilior vox, quæ excrescat semitonio minore solum in c, & sit d e dupla ad a b secundum naturam, vt in vocibus mediis fieri, vt si e debeat crescere

Cor.

Prima ex
Campano.